

Privilegium Stanislai episcopi Ploen-
censis, erectionis ecclesie parochialis in Ban-
thkowo



92

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei me-
moriā. Stanislaus Dei gratia episcopus Ploensis, no-
tum fore volumus omnibus et singulis tam presentibus
quā futuris, ad quos presentes nostre litera pervenerint.
Quomodo diu data presentium in capitulo generali per
nos, unā cum prelatiis et canonicis nostra ecclesie tunc
celebrato, constitutus coram nobis honorabilis vir domi-
nus Michael canonicus Ploensis, nec non rector paro-
chialis in Banthkowo ecclesiarum, privilegium dicte
sue ecclesie in Banthkowo manibus suis tenens, quon-
dam reverendi patris domini Nicolai pro tunc episcopi
Ploensis, sub sigillis ipsius et capituli, petens eum
per nos propter antiquitatem ipsius renovari et trans-
mitti. Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum
nichil addendo nec diminuendo, sequitur et est talis =

In nomine Domini amen. Multis incommodis pro-
dentur occurrimus, cum a talis nostre negotia literarum
ac testium munimine roboramus. Nos igitur Ni-
colaus Dei gratia episcopus Ploensis, notum faci-
mus universis presentibus et futuris presentium no-
titiā habituris. Quod coram nobis nostrique capituli
presentia personaliter constitutus discretus vir dominus
Przybyslaus plebanus de Banthkowo nostre collatio-
nis, deposuit cum querela, quod privilegium ecclesie
sue predictae Banthkowo, super redditibus, et proventi-
bus ac decimis, quibus dotata fuerat ab initio sua fun-
dationis, per predecessores ipsius, temporibus guerrarum
factarum à paganissimo sapissimarum est amissum,
nobis

notis humiliter supplicando, ut privilegium de novo super eandem ecclesiam Banthcowo, proventusque ipsius ac decimas, seu etiam villas parochiae ipsius facere et dare gratuite dignaremur. Nos itaque cum consensu capituli nostri, supradicti domini Przybislai, devotis petitionibus acclinati, decimas in parochia et extra parochiam, villasque parochiales à centum septuaginta sex annis, ultra et ultra, et ab initio fundationis eiusdem ecclesiae in Banthcowo spectantes ad eandem, de quibus memoria hominum non est in contrarium, prout quibusdam literis patentibus, publicisque instrumentis, super easdem decimas et villas parochiales eiusdem ecclesiae Banthcowo confectis, et sufficienti testimonio producto per dominum Przybislaium predictum, fuimus plenius informati, presentibus iussimus favorabiliter renovandas. Primò eadem villa cum omnibus iuribus indifferentique redditibus et proventibus universis, ac decima in eadem. Decima verò extra parochiam in Juchodol, in Ullyaschewo, in Laszothky, in Szelonky, in Othmielowo in Romathowo, in Szolszyno utroque, in Curowo et in Ostrowy et in Cotharszyno. In parochia autem in Carwozyek Thome, in Crzyzranowo, in Junoszyce, in utroque Banthcowo militari, in utroque Lucosyno, in Brubogewo, in Squiliszewo, in Bandorzyno utroque, in Wzamborz, in Grodna, in Czeslyno, in Clobucowo, in utraque Vynnycza, in Dambrowka, in utroque Banthkowo militari. Villa autem ratione parochiae ad eandem spectantes ecclesiam, Banthcowo, Brodzyno, Thurza utraque, et Trzcianka, eandem decimas, villasque parochiales et redditus ecclesiae predictae in Banthcowo, ab annis ut supra spectantis ad eandem, incorporamus, confirmamus, et adiungimus perpe-

mus perpe-

perpetuis temporibus ad prefatam ecclesiam Bantho-
 covo pertinere. In cuius renovationis et confirmatio-
 nis testimonium, presentes literas scribi fecimus, si-
 gillis, nostro et capituli nostri munimine roboratas.
 Datum in Błoczko feria secunda post conductum
 pascha, sub anno Domini millesimo tricentesimo
 sexagesimo sexto. Presentibus honorabilibus viris Do-
 miris, Nicolao Borza custode, Stibonio archidiacono
 no ecclesie Błocensis, Dobeslao archidiacono Dobri-
 nensi, Paulo preposito ecclesie collegiate sancti Mi-
 chaelis, et Olbrachtone plebano de Jemielnyza, et
 aliis pluribus fide dignis. Post cuius quidem privi-
 legii presentationem et receptionem, et eo per nos et
 fratres nostros capitulum Błocense, viso, perpenso, et
 diligenter masticato, sigillisque prefati domini Nicolai
 episcopi, et capituli nostri Błocensis, circumspectis et
 recognitis, petitionibusque dicti Michaelis plebani in
 Banthocovo, tanquam iustis et consonis rationi, acclis-
 nati, et, quia iusta petentibus non est denegandus as-
 sensus, matura animi nostri deliberatione, de unani-
 mi consensu fratrum nostrorum capituli Błocensis par-
 riter et assensu, dictum privilegium approbavimus, rati-
 ficavimus, et confirmavimus, ac in omnibus pun-
 ctis et clausulis suis, ratificamus, approbamus, et con-
 firmamus per presentes, decernentes dictum privilegium
 robur perpetue obtinere firmitatis. In quorum omni-
 um et singulorum fidem et testimonium premissorum,
 sigilla nostrum et capituli nostri presentibus sunt
 appensa. Actum et datum feria sexta proxima post
 festum nativitate beate Mariae virginis gloriose.
 Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesi-
 mo tertio. Presentibus ibidem venerabilibus viris
 Dominis Borzywogio Decano, Stanislao scolastico,
 Mathia

Mathia cantore, Michaeli preposito collegiatae san:
cti Michaelis, Stibonio officiali, Joanne decano War:
saviensi, Jacobo predicatore, Stanislao Bogyel, Alber:
to Zagroba, prelati et canonicis nostra ecclesia Ple:
censis, et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad
premissa. Consecrationis vero nostra anno octavo.